



Universitätsbibliothek Paderborn

Dormi Secvre: Vel Cynosvra Professorvm Ac Stvdiosorvm Eloqventiæ,

in qua Centvm Et Viginti Themata Oratoria. Non Solvm Stvdiosis, Sed &
Professoribus eloquentiæ, ac pietatis veræ amantibus utilissima &
pernecessaria explicantur ; Cum Indice rerum atq[ue] verborum locupleti

Tympe, Matthäus

Coloniæ Agrippinæ, 1650

I. Parænesis ad Patientiam in rebus adversis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38994

I. PARÆNESIS
AD PATIENTIAM
IN REBUS AD-
VERSIS.



NEXORDIO dices: Neminem in hoc mundo immunem esse ab afflictionibus, nec infantes quidem, imò neq; Reges, & Principes.

*A communi sorte.
Syr. 40. v. 1.
Vide Thema 12.*

In PROPOSITIONE: Cum igitur omnes homines ea lege sint na-

Inter arma silent leges: in militia regno disciplina artium consistere non potest.

ti, ut omnibus fortunæ telis vita nostra exposita sit; neq; ullus ferè reperiatur, qui non adversitates & ærumnæ quam plurimæ in vita contingant, & nobis magno nostro damno hoc tempore, promulgatis tympani strepitu præliis, de manibus excutiantur studia litterarum, decretum tibi esse studiosis adversa hæc patienter ferenda esse, demonstrare.

CONFIRMATIONIS I. LOCUS, à dignitate Patientia, quam S. Paulus inter fructus Spiritus sancti numerat, & notam ac characterem servorum, imò & filiorum Dei facit; denique eam tanquam donum Dei commendat.

*Gal. 5. v. 22.
2. Tim. 2. v. 24.
2. Cor. 6. v. 4.
Heb. 12. v. 7.
Phil. 3. v. 29.
1. Pet. 2. v. 19.*

II. A multiplici fructu afflictionum. Vult enim Deus nos exerceri.

Primò, ut animus noster ab amore temporalium bonorum avocetur ad amanda æterna: ut etiam, teste S. Chrysostomo, permisit Judæos lateritio opere & luto in Ægypto gravari, ut ærumnarum magnitudine cruciati, ad Deum clamarent, & ad terram promissam aspirarent. *Amarus est mundus, clamat Augustinus & diligitur, putas si dulcis esset.*

Pars I.

A

quæ

qualiter amaretur? turbatur mundus, & amatur mundus, quid si tranquillus esset mundus? Flores ejus quomodo colligeres, qui à spinis non revocas manum?

Prov. 17. v. 3. Secundo, ut sic probetur virtus justorum. Sicut
c. 27. v. 6. igne, inquit Salomon, probatur argentum, & aurum
c. 23. v. 10. camino, ita corda probat Dominus. & Syracides: Vasa
c. 12. v. 13. figuli probat fornax, & homines justos tentatio tribula-
Arumnae tionis. Hinc Job se à Deo probatum dixit quasi au-
multa nos docent. rum quod per ignem transit. Et Tobiae cæcitate per-
c. 28. v. 15. cussus Angelus dixit: quia acceptus eras Deo, necesse
Prov. 29. 16. erat, ut probatio tentaret te.

c. 34. v. 9. Tertiò, ut intellectus noster, maximè dum ad-
Gen. 42. v. 21 huc in peccatis hæremus, illuminetur. Vexatio, in-
Hesi. πει- quit Esaias, dabit intellectum. Salomon: Virga atque
θωv δετε correptio tribuit sapientiam, & Syrac. Qui non est
vñ πi⊙ tentatus, quid scit? Fratres Joseph non ante cogno-
ενω: acce- verunt sceleris sui in ipsum patrari atrocitatem,
pto damno quàm cum in afflictione dicerent: Meritò hæc pa-
stultus sapit. timur, quia peccavimus in fratrem nostrum. Et rex
Dan. 4. v. 34 Nabuchodonosor beneficio tribulationum obri-
Luc. 15. v. 18. nuit, ut verum Deum & Regem in cœlis agno-
Syr. 2. v. 13. sceret. Filius prodigus quoque cauterio earun-
c. 3. v. 17. dem inustus agnovit miseriam suam, & ad domum
paternam revertit.

Quartò, ut purgemur à peccatis, & eorum pœ-
nis: beneficio enim afflictionum etiam pœnæ pec-
catis debitæ tolluntur, si patienter tolerantur.
Nam S. Paulus ait: A Domino corripimur, ut non cum
hoc mundo damnemur.

Quintò, per multarum ærumnarum toleran-
tiam reddimur in hac vita beati. Beati, inquit, Ma-
I. Cor. 11. gister veritatis, qui persecutionem patiuntur pro-
Matt. 5. v. 10. pter justitiam. Si quid patimini, ait B. Petrus, pro-
v. 11. Gau- pter justitiam, beati, &c. B. Jacobus: Beatus vir, qui
dete, &c. pter justitiam, beati, &c. B. Jacobus: Beatus vir, qui
I. Pet. 3. v. 14 suffert tentationem. Et Job: Beatus homo qui corripi-
c. 1. v. 2. tur à Deo. In ærumnis certè pro Christo perpessus
c. 5. v. 17. sunt gaudium solatium, & gloria: ergo & bea-
titu-

titudo. Hinc Apostoli *ibant gaudentes, &c.* Et Paulus ait: *Repletus sum consolatione, superabundo gaudio in omni tribulatione nostra. Secundum, &c.* Sicut abundant, &c. B. Petrus rationem reddens, cur opprobria passi sint Beati, ait: *Quoniam quod est honoris gloria, & virtutis Dei, & qui est ejus spiritus super vos requiescet.* B. Job in tantam gloriam cessit in vita illa patientia in doloribus, ut non dubitet scribere B. Chrysostomus: *etiam simum in quo sedebat Job omni tribunali regio esse venerabiliorem, & multi nunc, inquit, longam transmarinam peregrinationem, à terra finibus suscipientes in Arabiam abeunt, ut simum illum cernant, & conspicati terram deosculenter, qua illius victoris certamina & cruorem omni auro pretiosorem exceptit.*

Sextò, in altera quoque vita nulli majora sunt parata præmia, quam multa pro nomine Christi passis. Matth. 5. v. 3. *Beati pauperes &c. Beati estis cum maledixerint, &c. merces vestra copiosa est in coelis.* 2. Cor. 4. v. 17. *Quod in presenti, &c.* Heb. 12. v. 11. *Omnia disciplina &c.* Hac consolatione in calamitatibus suis erectus Bearus Job dicebat: *Scio quod Redemptor &c.* Idem spectabat Sanctus Tobias, cum in exilio his verbis filium solaretur: *Noli timere, pauperem quidem vitam, &c. & S. Paulus cum Romaniis promitteret eos fore filios Dei &c.*

III. à NECESSITATE, quam exprimit S. Scriptura Act. 14. v. 11. *Per multas tribulationes, &c.* 2. Tim. 3. v. 12. *Omnes qui pie volunt, &c.* Hinc infert S. August. in Psalm. 5. v. 5. *Si ergo non pateris pro Christo ullam tribulationem, vide ne nondum coeperis in Christo pie vivere.* Cui consentiunt hæc verba Christi Luc. 14. v. 27. *Qui non bajulat crucem suam, & venit post me, non potest esse meus discipulus, hoc est, expers tribulationum non potest esse Christianus.* Hebr. 12. v. 6. *Quem diligit Dominus castigat, &c.* Adhæc, lugendo adversa

mitigari non possunt, sed sæpè augmentur, & geminantur, plerumque enim videmus impatientes & nimium dolori indulgentes, dolorem & luctum duplicare.

IV. ab EXEMPLO *arumnose vite, & mortis Christi*, quod omnes Sancti, non solum quotquot post Christum fuerunt, sed etiam quotquot ab orbe condito floruerunt, in primis sunt imitati. *Christus*, ait B. Petrus, *passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia eius.* & B. Paulus: *Recogitate, &c.*

1. Pet. 2. v. 21.
Heb. 11. v. 3.

In PERORATIONE monebis Auditores, ut, quò facilius aduersa ferant, exemplis Sanctorum insistentes, ad orationem confugiant, quam B. Augustinus (Serm. 22. de Temp.) *Clavem caeli vocat*: & B. Paulinus (epist. 31.) *naufragorum tabulam*, quæ inter fluctus tribulationum nos ad portum deducat, & quia iacula prævisa minus feriunt, futuras afflictiones præmeditentur. Hoc enim præsidio munitus Anaxagoras, nuntiata filiorum morte, nihil turbatus respondit: *Sciebam me genuisse mortales.*

II. CONSOLATIO IN REBUS aduersis.

Laert. lib. 4. **EXORDIUM**: à necessitate consolationis: quòd sicut stultum esset, si quis accepto vulnere medelam omnem renueret; ita peccamus si in rebus aduersis constituti, consolatione neglecta, hastam abiciamus, & de salute desperemus.

PROPOSITIO: Te igitur; etsi ipse cum dolore lucteris, nec satis ad consolandum alios idoneus sis, tamen ea, quæ tuum in hac calamitate dolorem non mediocriter imminuerunt, & animum recreaverunt, Auditoribus aduersæ fortunæ telis sauciis, propositurum.

Magnanimi
milites, nullo

CONFIRMATIONIS I. LOCUS ab honesto,
quod